„Nos Leopoldus, Divina Favente Clementia Electus Romanorum Imperator Semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae etc. Rex, Archi Dux Austriae etc. Memoriae commendamus, tenore praesentium, quibus expedit, universis. Quod nos cum ad demissam Fidelis, Nobis dilecti Spectabilis ac Magnifici Comitis Petri a Zrin, Regnorum nostrorum Dalmatiae, Croatiae, et Slavoniae Bani, Praesidii nostri Zluni, Novi, et Ogulinensis Supremi Capitanei, Camerarii, et Consilarii nostri; ac Generosae et Magnificae Dominae Comitissae Annae Catharinae, natae de Frangepanibus a Thersat, conthoralis eiusdem, Instantiam, humillimamque Supplicationem nostrae propterea factam Maiestati: tum vero considerantes, unicuique integrum esse, redditus bonorum suorum distrahere, et in pecuniam commutare; id eisdem ex gratia nostra speciali benigne annuendum et concedendum duximus: ut ipsi universas merces, quas Partes Maritimae, et Portus in bonis eorundem existentes suppeditant, tanquam Dominii sui proventus et obventiones „ubivis in praefato Re-

gno nostro Sclavoniae, signanter autem in Libera, ac Regia Civitate Zagrabiensi, tam intra, quam extra moenia eiusdem,“ quotidie, ac tam in privatis, quam publicis foris ac nundinis, medio Institorum, seu Factorum suorum, fidelium utpote nostrorum Prudentum ac Circumspectorum Joaimis, ac Petri Usoliny, vel aliorum ad id constitutorum, seu in futurum constituendorum hominum, dum, et quando illis placuerit, libere, et secure, ac sine ullo Mercatorum et Negotiatorum praememorati Regni nostri Sclavoniae, praetactaeque Civitatis nostrae Zagrabiensis, aliorumque quorumvis impedimento, et prohibitione; solutis de Lege solvendis, vendere, et venales exponere, rei que familiari eatenus prospicere et consulere valeant, atque possint. Imo annuimus et concedimus praesentium per vigorem. Quocirca Vobis Fidelibus nostris universis et singulis, cuiuscunque status, gradus, honoris, conditionis, et praeeminentiae subditis nostris, signanter autem, antelatae Civitati nostrae Zagrabiensi, aliorumque Locorum praerepetiti Regni nostri Sclavoniae, Magistris Civium, Rectoribus, Iudicibus et Mercatoribus, harum serie firmiter committimus et mandamus: quatenus ante nominatos Joannem, et Petrum Uzoliny, praememorati Comitis Petri a Zrin, ac dictae consortis eiusdem Institores, seu Factores, aliosque ad id constitutos, vel in futurum constituendos Homines ipsorum, in vendendis eiusmodi mercibus suis quibusvis, domi, vel in medio vestri, aut in publicis, et privatis Foris, nullatenus turbare, impedire, molestare et prohibere praesumatis; verum hac nostra Gratia, et Annuentia ipsos

ubique (solutis, ut praemissum est, ubique solvendis) libere, secure, et absque ullo damno, ac molestia uti, frui et gaudere permittere, ac per eos, quorum interest, vel intererit, permitti facere debeatis et teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perlectis, Exhibenti restitutis Datum. in Castro nostro Ebersdorff septima Martii 1668. Regnorum nostrorum Romani 11. Hungariae, et Reliquorum 13. Bohemiae vero Anno 12.“ — Leopoldus. m. p. Franciscus Szegedy Eppus Vaczien. m. p. Stephanus Orbán. m. p.

Az 1708-ban, 's így már a' kizakasztás után költ pedig illyen foglalatú:

„Nos Josephus Divina Favente Clementia Electus Romanorum Imperator Semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae etc. Rex etc. Memoriae commendamus tenore praesentium, quibus expedit, universis. Quod Fidelis noster Nobis sincere dilectus Intimus noster Consiliarius, et Camerarius Spectabilis ac Magnus Comes Georgius senior Erdódy de Monyorókerék, Iudex Curiae nostrae per Hungariam Regiae, Montis Claudii, ac Comitatus Varasdiensis Superemus ac Perpetuus Comes; nec non Fideles aequae nobis dilecti Spectabiles ac Magnifici Comites Alexander, Adamus, Georgius iunior, Gabriel, Emericus, et Josephus omnes Erdódy de dicta Monyorókerék, ad benignam requisitionem nostram, nobis pro necessitatibus nostris in praesentem Haereditarii Regni nostri Hungariae Diaetam requisitis, sex millia Florenorum Rhenensium, quemlibet pro 60. cruciferis computando; et quidem praefatus Comes Alexander Erdódy memoratae summae ratam medietatem,

utpote tria millia florenorum; reliquam vero medietatem praerecensitus Comes Georgius senior, Iudex Curiae Regiae nostrae cum praememoratis fratruelibus suis, in bona, eaque currenti moneta, erga annum sex pro Centum legale Interesse, in paratis mutuo dederint. Quibus Comitibus Erdódy, ipsorumque haeredibus, posteritatibus, legatariis, et cessionariis nosmet obligavimus, et obstrinximus; imo nunc et de facto obligamus et obstringimus, quod praespecificatam sex millium florenorum Rhenensium summam ante, vel ad summum post evolutionem a dato praesentium nostrarum litterarum obligatorialium, sex annorum, ex proventibus nostris regiis quibuscunque ad generalem Perceptoratum Regiae nostrae Camerae Hungaricae obvenire solitis, integre et plenarie, in bona pariter, ac eorum currenti moneta, defectu sine omni, simul et semel deponi et persolvi; eo usque autem solitum, et legale sex pro Centum Interesse, ex praetactis proventibus nostris regiis angaricalibus deponi et administrari curabimus. „Ut autem memorati Comites Erdódy, et ipsorum praescripti, tanto magis sint securi, inscribimus et obligamus ipsis Ius perennale in Bonis; Lubrek in Regno nostro Sclavoniae, Comitatuque Crisiensi existentibus,“ si Ius illud perennale, quod intra revolutionem sex annorum revideri faciemus; nobis omnino competere compertum fuerit, et quidem in una directa et aequali, antelatis Comitibus Georgio seniori, Adamo, Georgio iuniori, Gabrieli, Emerico, ac Josepho Erdódy: in altera autem medietatibus saepefato Comiti Alexandro pro hypotheca reali; si nos autem Ius illud pe-

rennale praefatorum Bonorum Lubrek abalienare et dividere vellemus, saepefactorum Comitum Erdődy, et suorum praescriptorum, eatenus, caeteris paribus, benignam et condigetam, prae aliis habituri sumus reflexionem. Harum nostrarum vigore et testimonio Litterarum. Dabantur [Viennae. Die 30. Aprilis Anno 1708.“ Erdődy Nemzetségnek levél tárából. Jelenkor Ludbreggh, Batthányi Herczegé. — Ezen Oklevélben eréntett, Ország Gyűlésről pedig olvasd. Kovachich vestigia Comitiorum p. 812—814.

VII. F e j e z e t.

Szerém, Posega, és Valkó Vármegyéknek Magyar Országtól történt el-szakasztásuk okairól, 's a' Diplomatiában Szlavónia el-nevezésükről.

A' szerentsétlen vissza vonásokra következett Mohátsi veszedelem után ezek a' Vármegyék is Solymán Császárnak meg-hódolván, idő jártával régi politikai állapotjuk egészen feledékenységbe ment; midőn 1687-ben majd száz hatvan esztendeig viselt igaalól ki-szabadultak, honfiaink már azt sem tudták, hogy Hazájoknak alkatmányos részei. Ennek pedig három fő okát találok; az egyik, mert az előtt Magyar országon nem tsak meg-hitt ellensége az Osmány rontott: hanem a' Föld- és Történet Irók-is ki-adott munkáikban kényük szerént hasogatták. Il-

lyen ártalmas következésű irások közül volt Ratkay György Zágrábi Kanonoknak „*Memoria Regum, et Banorum Regnor. Dalm. Croat. et Slav.*“ című könyve, mellyet Bétsben 1652-ben egész levélen nyomtatásban ki-adván, IV-dik Ferdinand ifjú Királynak ajánlott. Szlavóniát benne Varasd, Zágráb, Zágora, Turópolya, Kőrös, Verőtze, Posega, Valkó, és Szerém Vármegyékre osztotta. Ez az olly igen alkalmatlan idő közben meg-jelent munka pedig azért lett káros következésű, mivel a' gondatlan Honfiak meg nem táfolták.

Másik okát szerzé az a' környüállás, hogy I. Leopold Királynak 1690-ben történt meg hívására, ezeket a' tájokat az|O'tsmány birodalmaiból ki-költözött Rátz nép szállotta meg. a) Fölszólító levelét olvashatni Kerceselichnél *Notitiae p. 434-435* 's a' Rátz nemzetnek adott szabadságaiban, mellyek Mária Therézia országulásakor nyomtatásban is megjelentek. Mire nézve mái Szlavónia, Szent-Ivány Márton szerént *Miscellaneorum Decad. Secund. P. I. p. 148—150* új lakosiról Rasciának neveztetett. „*Slavonia habet a Septentrione Hungariam et Dravum annem interiectum, ab Occatu Styriam, a Meridie Croatiam, a qua Savo fluvio secernitur, ab Ortu Rasciam. In longitudine sua habet 20 milliaria*

a) Meg-hódolás előtt ők-is Szent Koronánkhoz tartoztak olvasd F. T. N. Fejér György Prépost Úrnak eme könyvét: „*Commentarii Historici De Bosniae, Serviae, ac Bulgariae, tum Valachiae, Moldaviae, ac Bessarabiae cum Regno Hungariae nexu Bud. 1837. in 8.*“

in latitudine 10 Dravum inter et Savum. — Dividitur in tres Comitatus: Crisiensem, Zagradiensem, et Varasdiensem. — Rascia, prout Croatia, distincta a Sclavonia, ab Occasu habet Sclavoniam, a Septentrione Hungariam, et Dravum fluvium, ab Ortu confluentiam Savi in Danubium, bonam Hungariae partem, a meridie Bosniam et Serviam, a quibus Savo amne separatur. Haec in longitudine habet 20 miliaria germanica, et iuxta defluentiam Savi 25 in latitudine, 12 Savum inter et Dravum. Continet similiter tres Comitatus: Posegiensem, Valponiensem, et Sirmiensem.“ — Szent-Ivány még ki-szakasztás előtt írt, 's ezen könyvét 1691-ben botsátotta napfényre.

Harmadik ok volt, mert Januárius 26-kán 1699-ben kötött, 's Februárius 16-kán meg-erősített Karlovitzi frigyben név szerént meg nem említett, hogy a' Száván innen fekvő részek, mellyeket I. Leopold király ez előtt nyert vissza, Magyarországi Vármegyék. Ezt a' frigy leveiet olvasd Katonánál Hist. Crit. Reg. Hung. Tom. 36. p. 106—125. — Sőt a' királyi Biztosság is, mellyet a' Fejedelem 1700-dik esztendő Szeptember 11-kén a' vissza vett Részeknek le-írására rendelt, a) Verótze, Valkó,

a) A' Fejedelem parantsolatjának ez a' rövid kivonata: „E re, et servitio nostro visum fuisse, quo exacta super neo acquisitis Hungariae Partibus, statis ultimi hucusque belli Turcici temporibus, auxiliante DEO, et victricibus nostris armis mediantibus gloriose recuperatis, designatio, seu concriptio conficiatur, ac Maiestati nostrae, absque longius protracta temporis mora humillime tradatur, ex qua saltem historice quasi — pateat, qui modo possessores in dictis Partibus sint. Et siquidem eum in finem-pro

Posega, és Szerém Vármegyéket, a' mint ezen emlékeztető írásból szemlátomást ki-tetszik, Szlavónia gyanánt írta le:

Humillima Declaratio

Occasione Commissionis Caesareo Regiae in Regnum Sclavoniae delegatae circa ea, quae notatu erant digniora.

„Primo circa Religionem: Regnum Sclavoniae victricibus Suae Maiestatis armis recuperatum, continet quatuor Comitatus, scilicet Valconensem, Posegiensem, Veróczensem sive Veroviticensem, et Sirmiensem. Inter quos quatuor Co-

Commissariis, et peragendis talibus neo acquisitis Partibus inter Dravum, Danubium, et Tibiscum existentibus, conficiendaque — exacta earundem designatione, Fideles nostros nobis dilectos Caesareo Aulicae, nec non Regiae Hungaricae Camerarum nostrarum respective Consiliarium, et Officinae Rationariae Poseniensis Magistrum, Joannem Franciscum ab Olbern, et Georgium Zbisko clementer deputassemus.“ —

A' Határ Órségeknek el-intézése végett pedig September 14-kén 1700-ban egy más királyi Biztost küldött ki: „Posteaquam Fidelem Nobis Dilectum Ottonem Christophorum S. R. I. Comitem Volkra de Haidenraichstan, nostrum Camerarium, Regiae Csmerae Hungaricae Vice Praesidem, et Camerae Aulicae Consiliarium pro Commissario instituendorum in Partibus Sclavonicis Confiniorum ex parte Camerali clementissime denominaverimus, eisdemque etiam Camerae nostrae Hungaricae Concipistam Grinavszky ad peragenda eiusdem Commissionis negotia subordinandum esse, de exigentia servitii nostri duxerimus.“

mitatus praecipuus est Posegiensis, et repraesentat pulcherrimum et amplissimum quendam Principatum seu Ducatum. In his Comitatibus quatuor, Ordo Ecclesiasticus est nullus, ideo, quod Dioeceses Episcopales sint ad huc controversae; et nullus Episcoporum debitam eorum curam habet. a) Passim Franciscani Bosznenses administrant Parochias pro suo libitu, qui, quoad mores potius militares, quam Religiosi videntur esse, et a nostris Patribus Franciscanis, quasi specie differunt. Populus fere universus est adeo rudis in rebus fidei, ut re vera sylvestres quasi homines et fauni possint nuncupari. Interim est nimium perfidus, periurus, crudelis, furtis, latrociniiis, rapinis, homicidiis, omnibusque flagitiis et facinoribus, iam ab antiquo deditus: praecipue tamen in utroque sexu viget ebriositas quotidiana, et ex ea provenientes rixarum contentiones. Hic populus est armis asvetus, habetque arma copiosissima etiam plebs rustica. Magna ex parte sunt Schismatici, homines ex sua Religione Catholicis infensissimi, totoque animo alienissimi. Populus iste Schismaticus pro suo capite et quasi rege habet suum Patriarcham, quem nos Archiepiscopum Rascianorum nominamus, quem autem sui vocant Patriarcham, et quemadmodum apes, suam

a) Ezeket Leopold király méltó tekintetbe vevén, azon Oklevelében, mellyet Junius 28 - kán 1701 - ben adott a' Szerémi Püspöknek, illyen óvó tikkelyt iratott. „Salvo semper aliorum, et praesertim Episcopi Quinque-Ecclesiensis, quoad Posegiensem Comitatum iure, si quod edoceri possit.“ — Olvasd Prai Hierarchicijának P. II. p. 381.

matrem apem, sequuntur in omnibus. Est gens instabilis et admodum vagabunda, quae de loco ad locum continuo solet variare. Deo, Patriae, et Sacratissimae suae Maiestati parum utilis; quae nunquam aliud quaerit, quam vivendi facilitatem, et ubicunque illam reperire potest, sive sub Turca, sive sub alio principe, libenter amplectitur. Unde etiam fidelitas huius gentis est tanta, quanta est facilitas vivendi. Nullibi aedificant, sed manent in tuguriis et cavernis terrae, ut, si opus sit, statim possit alio transigrare, Sylvas et montes amant ut plurimum, veluti latibula et refugia praedonum. Ipsorum Patriarcha gentem istam sibi vendicat una cum illis terris, quas inhabitant. Quod si talis terra alteri divendatur, incolae huiusmodi continuo vacuum relinquunt, et praeter solum, et territorium nihil remanet. Est autem populus iste omni flagitiorum genere et specie refertissimus, si unicam excipiamus ieiunandi consuetudinem, quae etiam uti est summe ardua: ita videtur longe stultissima. Horum omnium censeatur optimum esse remedium, si Comitatus illi ad suas Dioeceses determinentur, et Patriarcha cum suis Episcopis, et Calugeris arceantur. Deinde Parochi Catholici provideantur, alioquin enim confusio, et animarum interitus nunquam cessabit. Est in hoc Regno aliquis Episcopus Petronius Religioni Catholicae unitus, qui zelose laborat pro Ecclesia Dei, multosque Schismaticos disposuit ad Fidem Orthodoxam; cui tamen praementionatus Patriarcha cum suis Episcopis, Calugeris, et asseclis est infensissimus. Unde merito Petronius iste

est protegendus contra lupos sibi adversantes; et haec breviter circa Religionem. Porro:

Circa Politica et Saecularia: Regnum Sclavoniae quoad praemissos quatuor Comitatus, hactenus erat, estque de facto sub dispositione et administratione Cameratica, indeque habent suam dependentiam. Officiales autem Cameratici, quales soleant committere excessus, eosdem ipse Illustrissimus Dominus Commissarius ex parte Excelsae Camerae Aulicae delegatus, pro ratione sui muneris et functionis annotavit. Similiter Domini Commissarii ex parte Regni Hungariae deputati, quae ad ipsorum munia pertinebant, diligenter conscripta, ad Sacratissimam Suam Maiestatem transmiserunt. Unicum ergo adhuc videtur illud hic addendum, quod siquidem Essekino incipiendo usque Petro-Varadinum penes Savum usque in Croatiam pergendo, sint mera Confinia, adeoque militia ubique illocata existeret, eademque militia partim esset germanica, partim vero nationalis, et partim rasciana, quae omnes magnam hactenus habuerunt agendi libertatem, adeo, ut hoc Regnum propter labores gratuitos, et propter Forspont seu condescensiones continuas; similiter etiam propter diversissimas exigendi et taxandi, mulctandique exactionum, et extorsionum, species, sit adeo oppressum, ut ipsi Incolae, vel ad conspectum humanum miserrimi, nihil usquam habere videantur. Habent enim Dominos propemodum infinitos, qui ipsis imperitare solent; Protectorem autem ipsos conservantem advertunt neminem. Quae quidem in re remedium est summe necessarium. Demum hoc Regnum, quoad sui capacitatem et magni-

tudinem, mea quidem opinione, praeter populum illum, quem de facto continet, posset adhuc Quinquaginta millia animarum in se recipere, et alere; maxime vero, si Patria ista excoleretur, et liberaretur a sylvis et nemoribus, quae maiori ex parte terram huius Regni occupant. Atque ista sufficienter generatim pro idea quadam, et cognitione universali.“

Ki volt légyen ezen emlékeztető írásnak szerzője? az egykorú másolatban, melly *Pr ai G y ö r g y n e k* kézíratai között vagyon, föl-jegyezve nem találtam; de veszem észre, hogy nem az első, hanem a' második királyi Biztosság számára íratott, mellyet *Le op o l d* király az *Órségek* el-intézése miatt küldött-ki. — Az első királyi Biztosság azomban igen serényen munkálkodott, 's olly hamar tellyesítette a' Fejedelem akaratját, hogy még 1700-diki December 11-kén *N á d a s d y F e r e n t z* Gróf, *K a s ó I s t v á n*, és *N e d e t z k y S á n d o r* e' négy Vármegyét mint vélt *S z l a v ó n i á t* Magyar Országához igtatták. Melly sebes végre hajtás elegendőképen kezekedik a' jámbor Fejedelemnek igazság szeretetéért, és egészen meggyőzhet bennünket, hogy ha ezen Vármegyéknek volt régi alkatmányukról különben tudósítatik, azokat szinte illy nagy készséggel vissza ítériti, a' minő jó szándékkal 's igyekezettel Hazánkhoz kaptsolta; de erről következő Ok-levél tegyen bizonyóságot, melly 1700-ban eredeti valóságában *V a l k ó* Vármegye levél tárába tétetett.

„*Instructio Dominorum Regni Hungariae Commissariorum per Suam Sacratissimam Maiestatem ad Inclytum Regnum Sclavoniae in ordinem redigen-*

dum clementer deputatorum, ex alia benigna Caesarea Instructinne certa in parte deprompta, huicque Inclyto Comitatu Valkóiensi, et aliis Regni Sclavoniae Comitatibus pro ulteriori sui directione relicta.“

Quoad Religionis exercitium, ea, in quantum fieri potest, pure Romano Catholica, exclusis Lutheranis, et Calvinisticis, ita annuentibus S. Stephani Regis Lib. 1 Cap. 2. Art. 22. 1604. Ferd. 1563. Art. 31. 1548. Art 5. 6. 7. 1550. Art. 12. 13. 14. 1548. 5. 6. 7. 8. 9. 10. et praesertim Art. 23. An. 1686. inducatur, et stabiliatur.

Restauratio Ecclesiarum, siquidem Cap. 8. Lad. Regis Lib. 1. et S. Stephani Regis Lib. 2. 34. Episcopos, seu Dioecesanos concernat, prouti eadem Leges ex decem villis easdem aedificandis indigitant; ideo intendent Comitatus ut hac modalitate restarentur.

Ad sustentandos Parochos, iuxta morem et consuetudinem in quibusdam Regni Hungariae Partibus practicatum, Sedecima iisdem pendatur, donec aliter Sacratissima Caesarea, Regiaque Maiestas disposuerit. Item, in villa, in qua resederit Parochus, habeat unam integram sessionem colonicalem viginti quatuor integra (iugera) terrae constituentem, et competentem sylvam cum pratis; item in sortem stolae a Baptismate denarios 25. Introductione den. 10. Sepultura simplici 25. a Concione Funebri 75. pro Requiem sine cantu 25. cum Cantu 50.

Mensuras observent iuxta Art. 31. An. 1655. ad metretam Poseniensem 52. medias aridas sine discussione computatas habentem. Item ulnam, urnam vi-

ni et cerevisiae, sicut centenarium, et libram Posoniensis, seu Budensis reductionis. Okkae vero, et Kilae, et alia id genus tam aridorum, quam liquorum penitus abrogentur.

Ad coercendos malefactores cuiuscunque generis, cum Sua Maiestas Sacratissima tam Militiae germanicae presidiariae, et confiniariae; quam nationali utriusque ordinis, ita et Comitatus, Oppidis item competentes Officiales praeficere dignata sit; quibus suo modo stabilitis, Comitatus dabit operam, ut unitis viribus eiusmodi malefactores persequantur, capiantur, et debito supplicio per suam competentem Instantiam afficiantur. Singulaeque Instantiae incumbet sibi subiectos etiam ab eiusmodi actibus, et aliis fors contigibilibus excessibus arcere; neque una Instantia in messem alterius falcem suam quoquo modo immittat: sic facile erit et scelera punire, et in bona cum reliquis Instantiis vivere harmonia.

Gens Rasciana hucusque militaris conditionis, quae in desertis locis, et praediis collocabitur, ad triennium ab omnibus oneribus publicis, simul et privatis (sola capitatione florenorum octo ipsis imposita, et ad exolutionem Praesidiariae militiae in medietate convertendorum: in altera vero Camerae, vel Dominis Terrestribus pendendorum; nisi aliter hac in parte Sacratissima Maiestas disponere dignata fuerit) exemptur; evoluta vero triennio, Comitatum iurisdictioni, et universis Regni oneribus, moderate tamen iisdem imponendis, subiicietur.

Siquidem loca pro Confiniis, ac etiam in usum Militiae deputanda, a) ad proprietarios Dominos Terrestres spectare, et per assignationem Militiae ab iisdem avelli indubium sit; talibus Proprietariis, sive Ecclesiasticae, sive saecularis conditionis existant, de aequivalente, et adaequata, praemissa Jurium in Commissione super Bonis neo-acquisitis delegata sufficienti legitimatione et edoctione; in casu excisionis, pro eiusmodi terreno satisfactione providebitur; adeoque Inclyti Comitatus eatenus invigilabunt. b)

Gens Rasciana hucusque militaris conditionis, intra triennium solam capitationem contribuens, eandem Comitatus exolvere; et Comitatus manibus Officialium Militarium assignare debeat. Evoluto autem triennio, non solummodo Jurisdictioni Comitatum: sed etiam Dominorum Proprietariorum, in quorum nempe fundis residebunt, quoad debitos census et labores, et Cleri quoad Decimas, pleno iure subiecta erit.

Militum emeritorum, porro, nomine gaudentes et titulo, velut extra Praesidia residentes, dum per gratiam Caesaream suo modo habitandi in forma Nobilium, aut Libertinorum, fundos exemptos possi-

a) Az Órségekről olvasd Pavich Imrénének Descriptio Provinciae Bosnae Argentinae nevű könyvét, mely 1766-ban jött ki Budán, Kerceselichnek Notitiái, és Engel Jánosnak Geschichte des Ungr. Reichs und seiner Nebenländer Halle 1798, II. Th. p. 298.—304.

b) Mái Szlavóniából, Gradiskai, Bródi, és Péter-Vári Órségek szakasztattak ki: ezek szinte Magyarországnak alkatmányos részei; föl-állításuk óta jelenkorig Ausztriai törvénnyel élnek.

debunt, occasione eiusmodi fundorum, aut aliarum quarumvis quaestionum iuridicarum, Legibus Regni, et Comitatum iudicio subiecti sint, et eiusmodi ementorum nomina, cum assignatis ad rationem eorundem locis et circumferentiis specificè annotanda, et talis Consignatio Comitatus, Camerae, seu Fisco Regio, pro Informatione communicabitur, ut cessante horum exemptione, quivis iurisdictione sua uti possit.

Tam pro servitio Suae Maiestatis, quam et administranda iustitia, et publico bono; Magistratus Comitatus, utpote Supremi, et Vice-Comites, Iudices Nobilium, Notarii, et Jurati Assessores, Publica simul et Juridica, absque omni Officialium Bellicorum, et Cameraticorum interturbatione et ingessione, prout in aliis Regni Hungariae Comitatus, administrabunt, et Officiis suis fungentur.

Et, quia indubium esset, in Praesidiis extra Milites stipendia merentes, et alios etiam inhabitatores nobiles, ac etiam quaestores futuros, ibidem residentiam facturos; hinc solis militibus stipendiariis sub Generalium et militarium Officialium commenda relictis: alii omnes ad mentem Legum Regni, signanter vero An. 1635. Art. 50. et ibidem citatorum, Comitatum Jurisdictioni subiaceant.

Porro, cum Leges Regni, signanter vero An. 1635. Art. 51. et alii ibidem citati, fugitivorum in Confinia rusticorum receptionem serio inhibeant; imo extraditionem similium innuant: ideo in his quoque Praesidiis similium receptio et admissio praeclusa sit.

Schismatici Callugeri nullam habeant suas Ecclesias visitandi, easdem taxandi, aut parochialibus suis

quaspian contributiones imponendi facultatem. Uniti e contra, qua Vicarii Romano Catholicorum Episcoporum Ordinariorum, consvetas et debitas Visitaciones peragere valebunt. Hi semper, prout et Schismatici, a praefato suo Ordinario Romano - Catholico habeant dependentiam.

Limites vero Comitatum, interim, donec exactius per Officiales, vel eos, quibus competit, investigentur et resciantur (quatenus iidem Officiales Comitatum diligentem investigationem primitus fiendam, adhibeant operam) taliter, uti Provisoratus Camerales sunt, observabuntur. Valkóiensis Comitatus habebit totum Districtum Inspectoratus Eszekiensis. Veróczensis Comitatus Districtum Provisoratus Veroviticzensis. Posegiensis Comitatus Districtum Provisoratus Nominis eiusdem. Sirmiensis Comitatus totum Sirmium servabit. a)

In Conscriptione, porro, Comitatum, dum ex parte Excelsae Camerae Regnum totum conscribetur, adiunget Comitatus vel minimum unum ex gremio suo, qui Conscriptioni adesse, eamque Comitatu in authenticis paribus reportare possit.

Cum autem praemissorum Comitatum Supremi Comites, utpote: Sirmiensis Serenissimum Du-

a) Azoknak okaik tehát, kik ezen Vármegyéknek mostani ki-terjedésükből akarják volt régi alkalmányukat megmutatni, önként el-enyésznek, 's bizonyságul éppen nem szolgálhatnak.

cem Sirmiac, a) et Illustrissimum ac Reverendissimum Dominum Episcopum Sirmiensem. b) Valkoviensis Illustrissimos: Joannem Draskovicz: Posegensis, et Veróczensis Comitatum Davidem Joannovich, Comites Sua Maiestas Sacratissima praeficere dignata sit, Nobisque, iisdem Dominis Supremis Comitibus subalternos Comitatus Officiales constituendos benigne demandaverit. Ideo in Posegiensi Comitatu pro Vice-Comite Egregium Gabrielem Ladislaum Hapsz, Perceptore Joannem Georgium Stakics-Bosznics, Judice Nobilium Joannem Spolaricz, Juratis Assessoribus Georgium Radilovicz, et Antonium Nicolaum Spolaricz. In Valkóiensi pro Vice-Comite Joannem Hillepront, Substituto eiusdem et simul Perceptore Joannem Andream Schwärztl, Jurato Assessore Franciscum Szántóházi. In Sirmiensi pro Notario dictum Joannem Hillepront, Perceptore Petrum Valter.

a) Ez Odeschalchi Julius Hertzeg volt; a' ki Leopold adományából bírta Szerémségct.

b) Jány Ferentz, kiról Prai Hierarchiae P. II. p. 394. „Factus XVI. Martii (1689.) Supremus Comes Sirmiënsis, ugy mond, qui primus in hac provincia iurisdictionem exercens, sensim Dioecesim Sirmiensem instauravit.“ A' Szerémi Püspök jelenkor Diákói, és Boznai Püspökségek tzmét is viseli; mert miután Boznát elvesztettük, a' Boznai Püspök Káptalanával együtt Diákóváratt telepedett-le (Prae Hierarchiae P. II. p. 421.—422.) 's idővel Mária Terézia e' három Püspökségből egyet szerzett. Prae ibidem p. 382.

In Veróczensi pro Vice-Comite et simul Perceptore Andream Labos, pro Juratis Assessoribus Joannem Kendey, et Georgium Fordicz ordinaverimus, et praevis deposito per eosdem corporali iuramento installaverimus; reliqua vero Officia Comitatus (ex quo hic plures ad id aptae Personae reperibiles non fuissent) ipsis Dominis Supremis Comitibus constituenda relinquimus. a) In reliquo vero Inlyti Comitatus Legibus et Consuetudinibus Regni Hungariae (haud immemores sui iuramenti) se se accommodare studebunt. Actum Veroviticae Die 11. Decembris Anno 1700.“

Comes Franciscus de Nádasd m. p. L. S.

Stephanus Kasó m. p. L. S.

Alexander Nedeczky m. p. L. S.

Ezen Részeknek Hazánktól lett el-szakasztásáért tehát senkire másra nem vethetünk, hanem egyedül magunk gondatlanságára: kik, valamint mostanában, úgy régenten-is Ante-Acták nélkül dolgozván, Jógainkat I. Leopold király előtt be-bizonyítani elmulattuk. A' Fölséges Ausztriai Házból ditsóségesen országoló Apostoli Fejedelmeink valóban min-

a) Minthogy ez előtt Szerém, Posega, Valkó, és Verőtze Vármegyék annyi Kamarai Tisztartóságok voltak, 's ezen hiteles Oklevél szerént, először tsak 1700-ban léptek ki a' Kamarai kórinány alól; ennél fogva Prai meg-botlott, midőn írta, hogy Jány Ferentz Szerémi Püspök, 1689-dik esztendőn lett Szerémi Főispány.

denkor Szent Koronánk Jógainak fön-tartására igye-
tek, 's hív jobbágyaikat-is ezen szent kötelesség meg-
tartására szorították. a) Ha pedig néha valami ellen-
kező történt is, mint ezen jelen levő esetben; akkor
mindég mások voltak rendelkezéseiknek indító okai;
mellyeket azomban mind annyiszor vissza húzták,
valahányszor honfiaink Elóttük az igazságot föl-födöz-
ték. Így I. Leopold 1671-ben Széchényi György
Kalotsai Érseknek föl-írására (Katoná Hist. M. Co-
jocen. Eccl. P. II. p. 97—99) Hazánkra rovott négy
miliomni adónak felét el-engedte; valamint kezeim-
nél levő levelének hiteles másából meg-tudtam. Szé-

a) Mint Teuffel Erasmus néhai Vár-nagynak és Hadi-
vezérnek eme esküjéből ki-tetszik, kit I. Ferdinand
1548-ban ajándékozott-meg magyar arany szabadsággal:
„Ego Erasmus Teuffel, benignitate Sacrae Romanor. Hung.
Boëm. etc. Regiae Maiestatis Domini mei clementissimi,
ex pleno consilio suae Maiestatis in numerum, coetum-
que verorum Regni Hungariae Nihilium assumptus, Ju-
ro per DEVM vivum, et B. V. Mariam, et Omnes San-
ctos DEI, quod a modo in posterum Legibus, Decretis-
que, et publicis Constitutionibus eiusdem Regni Hunga-
riae factis, vel fiendis, tanquam verus Hungarus fideliter
et obedienter in omnibus parebo, Libertates, Decreta,
Privilegia, Immunitatesque eiusdem Regni, pro viribus
meis semper defendam, neque contra eas quavis ratione,
modo, aut praetextu quocunque, unquam faciam, vel
admittam, Secreta consilia Regni nemini pandam. Nul-
las Arces, nullamve Regni partem a Regno alienabo; sed
alienata etiam omni studio, diligentia, ac fide recupera-
re pro viribus conabor. Ita me DEVS adivet, et B. V.
Maria, et Omnes Sancti DEI.“

chényi Pál Kalotsai Érseknek Előtte tett kinyilatkoztatására pedig azon jóvallástól, hogy a' Magyarok Ausztriai Törvények szerint igazgattassanak, szinte el-állott.

De hogy ismét a' föl-vett tárgyra térjek, Szlavónia, az Otsmány zsarnokságának megszűnése után 1700-ban vetetett föl leg-először a' többi Vármegyék sorába, 's ezen az időn kezdődik mostani alkalmánnya-is a' Diplomatiában: „Posterioribus quoque annis, úgy mond Bonbordi Topographiájának első kiadásában a' 231—232-dik lapjain, iuxta quorundam Geographorum partitionem pars Sclavoniae non modica, terni nempe Comitatus: Zagrabiensis, Varasdiensis, et Crisiensis, in Croatiam abiise sunt visi; ut adeo iuxta eorundem dimensiones Regnum Sclavoniae 50. duntaxat germanica milliaria in longum, videlicet a Copranicia usque ad influxum Dravi in Danubium, in latum vero non nisi 12. hodie numeraret. — Indicatam limitum restrictionem non aliunde ortam suspicamur, quam quod Croatia potiori sua parte a Turcis mulctata, a) antiquae dominationis et

- a) A' Karlovitzi frigy-levélnek ötödik cikkelye szerint „Ab ostio amnis Bossut in Savum efluentis, usque item in Savum elabentis Unnae fluvii ostium, Savi altera pars (a' máj Szlavónia) pertinens ad ditionem caesaream, possideatur ab eius maiestate; altera vero pars (túl a' Száván, Unna és Bossut között) possideatur ab imperatore Ottomanorum. — Usque ad Unnam fluvium regio, pertinens ad dominium imperialis Ottomanicae maiestatis, qua Bosniam spectat, citerioribus ripis Unnae fluvii definiatur atque terminetur.“ Lásd Kato na Hist.

gloriae nihilominus tenax, in vicinam denique Regionem suum nomen extenderit. Plerisque tamen eruditioribus, etiam Croatis, adhuc vetus Sclavoniae divisio praeplacet, eidemque ternos Comitatus a nobis paulo ante memoratos libenter transcribunt.“

Ezt a' Hazánk kárával, és Szent Koronánk Jógainak rövidségével történt el-szakasztást azomban talán helyre hozzák a' honfiak, ha Rákótzty Ferentznek pártütése nem történik; 's ha I. Jó'sef király 1708-ban ki-hirdetett ország gyűlését tarthatja. E' polgári háborúnak le-tsillapodása után mind az által az 1715-dik eszt. ország gyűlésen jelen volt Karok és Rendek a' 92-dik tzikelyben kérték ugyan „Comitatum Poseghiensis, Veróczyensis, Sirmiensis, Valkóviensis, Csongradiensis, Csanadiensis, Aradiensis, Békesiensis, Zarándiensis, Torontaliensis, Zeurincensis ad Sacram Regni Coronam spectantium Reincorporationem — Comitatum quoque Maramaros, Kraszna, Kővár, et Közép Szolnok Reapplicationem.“ — De ez akkoriban el-maradt: „Quia-magnam considerationem, et non tantum Status Politici, a Militari distinctionem: sed etiam ipsorum Limitum Comitatus hactenus incertorum definitionem, et separationem praerequirebat; adeoque erga praevidiam Commissionis eatenus instituendae revisionem et relationem, se ita determinaturam (Sua Regia Maiestas) resolvit; ut publicae utilitati, et servi-

Crit. Reg. Hung. Tom. 36. p. 111.—112. — Ezen frigy kötés szerént Horvát országból Verbász, és Unna között engedtük az Otsmánynak. —

tio suo nihil deesse possit. a) — Az 1723 és 1729-dik eszt. 20. és 7-dik tikkelyeknek sem lett sikertik. Az 1741-dik eszt. 18-dik tikkelyből pedig nyilván észre vehetni, hogy a' Karok és Rendek azt sem tudták, mit kérnek; mert a' nevezett Vármegyéket már Alsó Szlavóniának nevezik: 's gondatlanságuknak a' lett a' vége, hogy ezek a' Részek 1749-dikben a' mostani lábra állítottak. „Status, Ordinesque fuere solliciti. úgy mond Kerceselich Notitiae p. 405 ut

a) Ezen, és a' 113. 's' 118-dik tikkelyek következésében ki-küldött országos Biztosság, munkálataiban többi között inégyen írt: „Cum Regnum hoc Hungariae olim quidem sat amplum, potentia nihilominus exopt Ottomanica diminutum, victricibusque rursus, ac gloriosis Caesareis armis maiori in parte vindicatum quidem, avulsae nihilominus partes recuperatae nondum Regno, ac Jurisdictioni Sacrae Coronae essent reapplicatae; censeremus demisse, pro reapplicatione, et reincorporatione avulsorum — Comitatum Posegiensis, Verovichiensis, Valkoviensis, Sirmiensis, Bachiensis; item Chongradiensis, Aradiensis, Torontaliensis, Bodrogiensis, Zarándiensis, Békesiensis, item in parte Regnorum Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniaeque Terreni per Generalatum Varasdiensem possessi: nec non Bonorum Frangebano, et Zriniano fiscalium tam maritimarum, quam Croaticorum: praeterea Provinciarum Lichae, et Corbaviae, nec non plagae terrae Savi circumfluentis beneficio septae, quam Dominium Mozzi-chense in Carniolia situm sibi incorporavit — Sacrae Suae Maiestati humillime supplicandum. Huius supplicationis indubius effectus vel ex eo speraretur, quod Sacratissima Sua Maiestas, sacro Diplomate suo Regio Inaugurali, Juramento firmato, id se facturam clementissime, et paterne offerre dignata est.“

Slavonia Sacrae Coronae ab antiquo membrum, eadem per legem reincorporaretur. Anno igitur 1715. Art. 118. eatenus est provisum, constitutumque. Verum — Slavoniae constituta fato Articulo per Comitatum erectionem reincorporatio, ad annum 1741. negligebatur. Sub Maria Theresia anni 1741. Art. 18. in fine habet: Districtus — Sirmiensis, et Inferioris Slavoniae, ut primum res in magis tranquillum statum repositae fuerint, Regno pari modo (országossan) reincorporentur, et eiusdem iurisdictioni (articulariter) submittantur — Rebus in tranquillioem statum positis — ad effectum memoratorum Articulorum anno 1745. itum est. Commissarius erat Comes Alexander Patachich — Erecti hac occasione sunt Inferioris Slavoniae tres Comitatus, videlicet: Veroviticensis (ekkor egyesült Valkó Verőtz e Várme gyével) Sirmiensis, et Poseganus, positi horum Magistratus. Sed quia vel firmati non fuissent inter novam hanc, et militarem iurisdictionem limites, vel sufficiens pro Confiniis designatio non credebatur; ideo Anno 1749. Excellentissimus D. Comes Antonius Grassalkovich Aulicae Hungaricae Regiae Camerae Praeses — Generalis item ab Engelshoffen, cum aliis, quos inter ego quoque fueram, a Maiestate Regia missus; ea, quae vel probata prioris Commissionis non fuere, vel erant corrigenda, debitum reduxit in ordinem, limitesque praedictarum Iurisdictionum constituit. — Ezek következésében hozatott az után az 1751-dik eszt. zavaros értelmű 23-dik tikkely: ut Comitatus Sirmii, Verőcensis, et Poseganus per Suam Maiestatem Sacratissimam post hac ad diaetales Regni

concursum evocandi, inter reliquos Regni huius Comitatus sessione, et voto postliminio gaudere possint, salva in reliquo Regni Hungariae, et Banali Iurisdictione!!! mintha bizony ezek a' Vármegyék (ide nem értvén a' régi Verőtze Vármegyét) valaha Bánok alatt lettek volna. „Me, vera pro gratis loqui — necessitas cogit. Vellem equidem vobis placere; sed multo malo vos salvos esse, qualicumque erga me animo futuri essetis.“ Quinctius ap. Livium D. I. Lib. 3.

VIII. F e j e z e t.

Be-Rekesztés.

Idézett hiteles Ok-levelek, számos Törvény Tzikkelyek, 's nem kevés históriai Biznyságok szerint tehát mái Szlavónia, az az: Szerém, Posega, Valkó, és Verőtze Vármegyék (mert Valkó Verőtzével tsak 1745-ben egyesült) első meghódítás óta Hazánk alkatmányos Részei lévén, a' három első mindenkor Alsó Magyar Országi Részek közé tartozott; régi Verőtze Vármegyéje pedig tsak Tatar-járást után következett zúrzarvarban jutott Szlavóniához (értem a' mái Horvát Országott) 's olly gondatlanságból maradt oda, mint hajdan Zaránd, Közép-Szolnok 's a' t. Erdélyhez; de éppen ezen oknál fogva Hazánknak szinte el-válthatatlan Része.

Meg-határoztam azon időt-is, melyben ez a' négy Vármegyéje a' viselt és olly sokáig viselt Otsmány szolgáltság után vigyázatlanságunkból Szlavónia

gyanánt ki-szakasztatott; hogy ne tsak tudnók, mi-
kor tsuszsant légyen a' Diplomiába az első három
Vármegyére nézve-is a' Szlavónia nevezet: hanem
ezentúl immár nagyobb figyelemmel igyelvén Jóga-
inkra, azoknak öszsze írásában buzgóbban forgolód-
junk. Az ilyen munkára több kéz, és köz szorgalom
kívántatik; azért fölötte szükségesnek látom, hogy
az egyes hazafiakon kívül, a' magányos Nemzetségek
Levéltárnokai, 's a' Nemes Káptalanok, hiteles Con-
ventek, vagy is Szerzetes Gyülekezetek, nem kü-
lönben a' Nemes Vármegyék-is egybe vetett vállak-
kal, tudományos Férfiak által dolgoztassanak, 's em-
lékeztető Írásokat a' jövőndő Kor hasznára, és örök
emlékeztére készítettessenek.

Ha a' mi Eleink még tsak XVI. században-is,
minek utánna édes Hazánk Otsmány rabságába esett,
igy gondolkottak volna, az el-szakasztott Részekért
mostanában nem kellene aggódnunk. Hozzuk tehát
helyre a' mit Atyáink el-mulattak, 's írjunk öszsze
immár mindenekeket, a' mik bennünket illetnek. Sőt
a' miket tsak ezentúl az Ország Gyűlésein föl veen-
dünk, azokat előbb oda haza különössen tárgyakként,
markossan vegyük-föl, 's velössen dolgozzuk-ki, nem
hagyván magunkat tsupán tsak az Országos Ki-kül-
dötségekre; mert mennél többen azon egy tárgy föl-
világosításán fáradnak, annál nagyobb fényességre
derül az Igazság. Ez a' törekedés ha majd közönséges
lészen, az után Ország Gyűléseink, 's egyéb Tana-
kodásink sem tartanak olly sokáig, hanem rövidebb
idő alatt sokkal többet, 's foganatossabban fogunk
végezni, mint eddig készületlenek tettünk.

Azomban, ne talám ezeket némelly különbféle gondolkodású Olvasók félre értsék, 's balra magyarázzák, Értekezésemet Demosthenesnek az I. Philipikája végén álló a'ma soraival fejezem-bé, melyeket T. T. Horvát István Úr az 1833-dik eszt. Tudományos Gűjtemény II. Kötetben a' 116-dik lapon hozott föl: „Ego igitur, nec unquam alias ad gratiam loqui institui, nisi idem et profuturum Vobis persvasum haberem, et nunc quae sentio, simpliciter omnia sine ulla tergiversatione, libereque sum elocutus: velim autem, sicuti exploratum habeo, e re Vestra esse, ut ea, quae optima sunt, audiatis, ita scire me etiam, fidelissimo svasori idem profuturum: multa enim libentius dixissem. Nunc quamquam obscurum est, quidnam hinc consecuturus sim: tamen, quia persvasum habeo, haec facta Vobis fore utilia, dicere institui. Vincat autem id, quod Vobis Omnibus profuturum est.“



